

so würde der angeredete Bischof ebenfalls Franco sein und der Absender der schottische Priester Electus. Er schliesst auch wie 2. und 3. mit Versen und alle drei beziehen sich auf die Unterstützung bedürftiger Schotten, 2.—4. auf Wallfahrten nach Rom. Die beiden letzten Briefe sind von einem Priester Otveus verfasst, der dem Namen nach kein Schotte zu sein scheint. Leider ist der Name seines Lehrers, an den das sechste Schreiben gerichtet ist, nicht mit Sicherheit zu ermitteln. Auch die abgerissenen Andeutungen dieser Schriftstücke aber sind für den Bildungsstand der Zeit nicht ganz ohne Werth.

I.

Domino venerabili episcopo ego ultimus servorum Dei in Christo salutem.

Notum sit vestrae pietatis visceribus, quod in magnis angustiis coartor, immo vivere non possum in tali miseria, non habens ad manducandum et¹ bibendum, nisi pessimum panem et minimam particulam de pessima cervisa. Vae mihi misero! Obsecro igitur suppliciter vestrae pietatis misericordiam, ut inter fratres ordinetur mea sufficientia, quoniam impossibile est mihi ita vivere propter intolerabilem miseriam et paupertatem nimiam. Veniat in vestram mentem, quod domnus imperator ita vobis iam dixerat, ut inter fratres sim ordinatus, nec parva vobis merces erit apud Deum, si tantis malis dextra pietatis succurratis. Valeat semper vestra prestantia² in Christo.

Christe, fave votis, salvator maxime mundi!

Tu lux es, tenebras elue, Christe, meas.

Unica lux mundi, salvator maxime Christe,

Expurga tenebras, rex benedicte, meas.

5 Tu solus nobis, sol aureus, alme coruscas,

In cuius pennis flagrat odore salus.

II.

Vestrae³ nobili caritati innotescat, quo copiosam a Domino retributionem in caelestibus habebitis, si pauperculo et Scotto peregrino mihi in Domino benefaciatis. Non sum grammaticus neque sermone latino peritus, sed haec epistola quasi mea lingua pro me loquitur: Mementote, quod Christus etiam in minimis pauperculis lateat, quod vos iustis exigentibus meritis in aeterna tabernacula suscipiat. Beati ergo eritis, si mihi⁴ fesso Roma redeunti in visceribus caritatis Christi oportuno auxilium tribuatis. Valete semper in Domino, valeat per vos caritas. Mihi reddite meam epistolam, quia non est sermo in

1) Undeutlich. 2) Undeutlich, Bethmann wollte 'praesentia' lesen (vgl. unten den Anfang von VI). 3) In der Hs. beginnt eine neue Reihe, sonst kein Zeichen. 4) 'si mihi' undeutlich.